

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Angelus a  
cum fonte primo

Prepositi sunt angeli celorum  
super potestates aereas,  
et inde procedit uerbum quod fit hic.  
Intuentur enim legem fixam,  
legem eternam, iubentem sine scriptura,  
sine sillabis, sine strepitu,  
fixam semper et stantem.  
Intuentur angeli corde mundo  
et ex illa faciunt quicquid hic fit.

Augustinus super illud Psalmi: Draco hic  
quem finxisti et cetera.

Praepositi enim sunt angeli caelorum  
super potestates aereas,  
et inde procedit uerbum quod fit hic.  
Intuentur enim legem fixam,  
legem aeternam, iubentem sine scriptura,  
sine syllabis, sine strepitu,  
fixam semper et stantem;  
intuentur angeli corde mundo,  
et ex illa faciunt quicquid hic fit,  
et potestates ex illa ordinantur  
a summis usque in ima.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes  
in Psalmos*, 103.4.9 (CCSL 40, E.  
Dekkers & J. Fraipont eds., p.1529,  
ll.30-36).